



# **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Qvæ Flagellvm Peccatorvm Sev Conciones De Fame Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

II. 1 Proœmiolum. 2. Omnis fames à Deo. 3. Error Manicæorum. 4. triplicis geris mala. 5. Miseriarum nostrarum nos ipsi cutores. 6. Omne virulentum animal quid commodi, & omne malum quid boni habet. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55934)

muni omnium matri, pessum eunti, & inedia percun-  
propter natorum flagitia opitulentur. *Patere, aut ali-*  
*sine.*

CONCIO SECUNDA.

*Græc.* 4.14. δαπανήσας δὲ αὐτῷ πάντα, ἄρτις ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστέρησαι.

*Vulgata.* 4.14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egerere.

*Syrinca.* 4.14. Quumq; consumpsisset quicquid habebat, facta fames magna in regione illa, & cepit egerere.

ARGUMENTVM.

1. Proœmiolū. 2. Omnis fames à Deo. 3. Error Manichæorum 4. Triplicis generis mala. 5. Misericordiarum nostrarum nos ipsi cutores. 6. Omne virulentum animal, quid cōmodi, & omne malum quid boni habet. 7. Prouincia ad quam profectus est prodigus cui fames percussa: de signis malitia eius ex positione, siue cōpositione, aut priuatione seu omissione. 8. Duplex iustitia. 9. Qui non puniunt sceleratos, puniunt ut à Deo iudicentur. 10. Coniectatio innocentia prouincia laborantia fame. 11. Quantum valeat bonorum consortium. 12. Quantum noceat malorum societas. 13. Fortè clamorū peccauit prodigus.

*Thren.* 4. **E**Multis quarimonijs, quas mærens deponit letemias in lamentis, hæc haud infima censenda est: *Paruuli petierunt panem & non erat qui frāgeret eui. Deplorandū sanè, ad litteram, petere panem, nec obtinere: aut multo magis secundum mysterium, summe ex- petere scientiam rei, nec inuenire qui eius intellectu demonstrare, aut possit, aut velit. Hæc profero, quod verear nunc quia hesternæ luce, vicumq; in dīstinctib*



pro concediti nobis temporis breuitate, dixi Deū  
 arduorem famis, si quam patimur, è nobis pusilliores  
 (si tamen sit minor & me magis ignarus) vè exigant  
 hunc sibi frangi panem; id est, nostram illam proposi-  
 tionem sibi elucidari. Ne ergo obijciat, *Non erat qui*  
*frangeret eis*, decreui hodie illustrare eam, demon-  
 strando sensum; vnde inexhaustæ huius ærumnarum  
 & lachrymarum abyssi, calamitates deriuent. Ijs per-  
 solutis occasione verborum istorum, *Facta est fames*  
*valida in regione illa*, perquiram, cur Deus vniuersam  
 regionem in qua agebat prodigis annonæ egestate  
 affligerit. Quæstio ista vtilissima cognitu erit, vè  
 hinc videant Præsides & Rectores, vt intersit, admit-  
 tere in vrbes, ex omni natione exteros, omnis religio-  
 nis, & instituti; vtque perniciosum sit fauere impro-  
 bis, eorumque scelera dissimulare. Hic discursus erit  
 (si fallor) administratoribus locorum, alès diei nun-  
 tius, qui moneat constituere in portis urbium custo-  
 des, non solum aduersus hostes spontaneos mæniū  
 aut pestiferos, hostes non spontaneos sanitatis ci-  
 uitium; sed maxime geminare custodes, constituere  
 Lyuceos, Argos centoculos, qui obseruent hostes &  
 spontaneos, & non spontaneos, non mutorum, sed  
 proborum morum, & candidæ religionis; qui eos ar-  
 ceant, admissos, aut surreptentes in Rempub. eijciant.  
 Quis ambigat, multo magis metuendam bonæ indo-  
 liti corruptionem, quam mæniū vrbis labefactatio-  
 nem: Infinites magis verendum animorum contagiū  
 quam corporum: Quocirca, dum non grauabit labor  
 disserendo de rebus tam momentosis sanitati & ve-  
 strum, & vestrarum Rerumpub. quæso ne grauemini  
 audire, & eam quam res postulat aurem præbere pla-  
 cidam. Interim, dignetur Deus orī nobis ingerere &  
 rationes, & verba, subiecto digna, meritis, & suffragijs  
 Matris semper virginis.

## AVE MARIA.

2. Dicente me famem Deo authore oriri, haud in- *Fames 2*  
 solitum videatur tam prodigiosum monstrum, tam *Deo.*  
 exosum malum à Deo manare. Ne dixeritis: A micæte

D d 2

folo



sole, tenebræ densæ & opacitas procedant? A fonte limpido fluant turbidæ aquæ? A suavi melle nascatur absynthia amaritudo? A bonitate summa, malum?

Cicero in parad. 1. *Potest ne bonum cuiquam male esse?*

Joan. 1. *A Nazareth potest aliquid boni esse. A Deo potest aliquid mali esse. Certè, Auditores, à Deo facta est fames valida: orta est fames: nata est fames, ἡ ἐν ἐμοὶ λιμὸς. Omnia per ipsum facta sunt.*

Amos 3. *Non est malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus. Ergo & famem.*

Eccl. 11. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & opifitas à Deo sunt.*

Miche. 1. *Descendit malum à Domino in portam iherusalem.*

Isa. 45. *Ego Dominus, & non est aliter, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.*

Prou. 3. *Egeſtas à Domino in domo impij*  
Leuit. 26. *Si non obedieritis, dabo vobis calum ferreum.*

Deuter. 28. *Si audire nolueris vocem Domini &c. sic calum, quod supra te est, aneum, & terra, quam calcas, ferrea.*

Ezechiel. 4. *Ego conteram baculum panis in Ierusalem: & comedent panem in pondere, & in sollicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent.*

Ezech. 14. *Terra cum peccauerit mihi, ut prauaricatur prauaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum.*

Ierem. 25. *Vastauit Dominus pascua pastorum, & optimatum gregis.*

Psal. 104. *Vocauit famem super terram, & omnia iumentum panis contriuit.*

D. Basil. homil. de fame & siccitate: *Discamus quid propter auersionem à Deo & negligentiam hæc plagas nobis Deus immittit, non exstirpare volens, sed corrigere filios suos.*  
D. Hieron.

γίγναμι.  
γίνομαι.  
γίνομαι.  
Nascor.  
Gignor.  
Orior.



D. Hieron. ad cap. 3. Malach. & Decret par. 2. can. m. quast. 1. cap. Reuertimini : Si quando fames & penuria & rerum omnium egestas opprimit mundum, sciamus hoc ex ira Dei descendere.

D. Augustinus in Enchiridio cap. 25. 26. 27. Ad iram Dupertinet iustam quicquid mali manifestis opertisque penis patiuntur insiti

3. Effutiant Manichæi quantum libuerit, diabolum horum omnium authorem : fugant cum Parmenide & Simonide (de quibus c. 24. l. 3. c. Quidam autem heretici, sit. Quod sunt sectæ hereticorum, editionis Paris. Jacobi Puteani) binas naturas, binas substantias, duo principia, siue authores duos omnium; alterum in

sum, diabolum, a quo manare putant mala omnia, ut pestilências, bella, periuria, luxurias &c. alterum bonum, Deum, quem rebus malis se non ingerere autumant.

Blaterent Philosophi Epicurei, admiratores nimij naturæ, mala ista solummodo ab influentijs, & actione corporum cælestium in inferiora, quæ a superioribus reguntur, inquitente Aristotele, effici.

Aristoteles 1. Meteor. A virtute superioris reguntur ista inferiora.

Idem lib. de Regimine Principum: Inferiora a superioribus reguntur.

Dicant, pestilentias ab aëris corruptione proficisci quæta haurimus : sterilitatem terræ ab intemperie quatuor temporum anni; ut hyemis non gelidæ : æstatis non vteatis, vere & autumno non mediocribus.

Dicimus nos cum Vate : Non est malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus.

4. Ne verò contingat blasphemos nos esse in Deum, & vt dilucidior vobis sit hic locus, norandum cum D. Tomæ, & seraphico S. Bonauëtura doctoribus solidifimis triplicis generis esse mala. Primum, & omnium

pestimum, est culpe siue peccati, omne aliud excedens infinitis spatijs, malum purum, quouis bono impermixtum. Secundum, damni siue priuationis est; vt quando quippiam tollitur a nobis; vt Job facultates; vt cū quis magistratu iubetur abire. Postremum, pænæ & doloris, cuius aculeos experimur.

Priscillianus cum Manichæis & Gnosticis fingebat duo principia teste D. Aug. l. ad Quod. mult. d. u. hares. 6.

46. & 70.

Amos 3.

D. Thom. 1. p. 4. 19.

a. 2. D. Bonau. in 2. dist. 33.



D. Basil. concione, Quod Deus non est author malorum: *Malum d'icimus id quod nobis molestum est, & ad sensum dolorem inducens, morbum corporis, & plagas corporis, & rerum necessariorum inopiam, ignominias, &c.*

Primi mali, peccati, voluntates liberae & solute naturarum rationalium Angelicæ & humanæ authorces sunt, volendo aliter quam sic volendum. Huius mali nō est motor nec actor eius capitalis hostis Deus, uti impudenter mentitur in institutionibus, plenis destructione, Caluinus semper sibi similis.

Calu. l. 2.  
ipitic. 6.  
2. sect. 2.  
quæst. 6.  
&c.

Osee 13. *Perditio tua Israel. Tuae, inquit.*

Aulus Gellius lib. 6. noctium Att. c. 2. *Negat Crispinus oportere ferri, audiri que homines, aut nequam, aut ignavos, & nocentes, & audaces; qui cum in culpa & in maleficio reuicti sunt, perfrugit ad fati necessitates, tanquam in aliquod phani asylum, & qua pessimi fuerunt, ea non sua temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt.*

Pythagorei sic olim. *Nosces homines spontaneas haurire calamitates, quasi detrimenta singulis à seipsis fieri, & suo impetu delinquant, & in incommoda ruant sua, & ex sua electione & intentione.*

Plato 2. de Repub. *Modis omnibus pugandum est, ut Deus, qui bonus est, dicatur malorum causa: neque qui iustis legibus victurus sit, verba hæc dicat in sua civitate: neque quis loquentem exaudiat, seu iuror sit ille, seu senex, qui vel metuo vel soluta oratione, talia mētiatur, fabuloseq; confingat, ut pote qua si ullo modo dicatur, neque facta sunt, neq; nobis utilis, neq; sibi admodū consona. Hæc una lex, unaq; demū formula sanciat in iis qua dicit ab loquentibus, quæque fieri ab agentibus oportebit, ne videlicet Deus sit rerum omnium causa, sed bonarum dixerat.*

Matt. 4.

Nulla Deo in peccatis nostris pars præterquam permissio, & relaxatio facultatum in sua libertate: diabolus non est principium peccati, sed sollicitator, instigator, consiliarius: aliud non præstat, quam re suggerat; Dic, vel fac, hoc vel istud. *Dic ut lapides essent panes fiant. Mitte te deorsum. Nos authores, actor esse mali*



reali sumus. Mala cætera omnia fluunt à Deo, qui iratus peccatis nostris, remouet à nobis benedictionem: qua subtracta, nihil habet mundus, quod ipsi non sit instrumento, ariaturæ, nobis inferendo bello.

Quid. 2. Tristium. *Esse secl irato quis te mihi possit amicum?* Cum & ipsi dæmones peccatorum consiliarij, sint Deo quasi tortores torquendis impijs. *Virga furoris mei Assur*, vt quando in furias agunt eos, quos antea ad malum instigarunt.

Corpora celestia, aer, terra, imbres, siccitas immoderata &c. efficiunt famem, pestilentiam &c. dispositiue tantum, vt causæ subalterne, siue instrumentales. Nihilominus, malis istis premeremur nunquam, expandant licet astra cuncta virtutem suam vniuersam, in peccatis nostris Deum prouocarem: ni nos ipsi primi eorum culores essemus sepe incide criminum nostrorum. Audistis aliquando prouerbialiter, *Sua quisque fortune faber. Nemo laeditur nisi à seipso?*

Cornelius Nepos in vita Cornelij Attici, & Plautus in Trinummo: *Sui cuique mores fingunt fortunam.*

Diogenes, & Chrysostomus homil. super hoc ipse *Nemo laeditur nisi à seipso?* Certe ipsi inficimus nos, lædimus nos; ipsi fingimus nobis ærumnas nostras, compellendo Deum instantia iniquitatum, vt nos fame, contagio, acie innumera calamitatum contat.

Prouerb. 14. *Miseros facit populos peccatum.*

Applicat medicus candens ferrum, aut ferram, secl sturus, vel adustus membrum; est eum mouens causa, ægrotudo: agit, vrit, secat in carne medicus, at infirmitate prouocatus. Pari modo, Deus inficit, annonæ subtractione discruciat nos; causa mouens & compellens bonitatem illam diuinam sunt crimina nostra.

D. Basilius concione *Quod Deus non est author malorum: Quemadmodum sectionis, aut vstionis non medicus causa est, sed morbus: sic urbium deuastationes, ex peccatorum excessu immodico inisium habentes, Deum ab omni culpa liberant.*



Idem ibidem. *Mala in inferno Deum auctorem non habent, sed nos ipsos.*

Sap. 1. *Deus mortem non facit, nec latatur in perditione uiuorum.*

Ouid. 19. Epist. Heroid. Didonis ad Æneam. *Humilior telis vulnera facta meis, dixerit peccator de se, & de miseris cunctis suis. Ipse mouet, Deus conficit & sancit decretum definitiuum, elemēta sunt executorum diuine iustitiæ. Nec est quod cuiquam uideatur indecens statuere Deum auctorem malorum damno, aut pœnæ, ab eo inflictorum, aut ut exercitia, aut ut supplicia: hac enim ratione, plus boni continentur quam mali, nimirum uirtutis subiectum, ordinem & decentiam iustitiæ; cuius interest delinquentes corripere, ut non sit dedecus culpa sine decore iustitiæ. Hoc spectat Deus.*

Deuter. 32. *Ego occidam, & ego uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo, id est, intentione reducendi ad sanam mentem.*

Iob. 5. *ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.*

Ibidem. *In fame, eruet te de morte.*

Prouērb. 23. *Tu uirga percuties puerum, & animam eius de inferno liberabis.*

Eiusmodi mala, quæ ut plurimum sunt recti & uirtutis causa, non omninò mala sunt.

Cicero parad. 1. *Potesse non cuiquam malum bono esse.*

Quin, in rigore, dolores haud sunt dicendi mali, sed ex Philosophorum sententia, nihil malum sit præter turpitudinem & fæditatem peccati, uti supra dictum est. Si quando fames, pestis, vulnera &c. dicuntur mala, ideo quia aduersantur commoditatibus nostri corporis, abusuè, quomodo sanitas, vires, opes, honores appellantur bona, quæ tamen non sunt simpliciter talia. Quando ergo auditis, *Facta est famis valida in regione illa; arbitramini Deum istius famis auctorem, tanquam iudicem & vindicem; prodigum & forte populum, cum quo agebat ille, sed is peccatis concurrisse ceu causam mouentem;*



dæmonem item, quasi peccati suaforem; corpora collecta, ut causas disponentes; terram, tanquam cooperando Dei iræ in ultionem scelerum.

3.  
4.  
5.

Fuit itaque fames illa prægrandis, ἰσχυρὸς, robusta, potens, valida, ut ait textus: *Monstrum horrendum, ingens*, cuius solum terret nomen; cui procreando tot parentes sunt cooperati: monstrum deforme, utique peccato natum: monstrum immane, cui cooperatus est dæmon suadens crimibus: crudele, aut non medicinali ineptum, uti & animal omne, virulentum licet; ex quo Dominus factor eius existit, *Ego Dominus creans malum*; ut maius inde eliceret bonum.

Virg. 3.  
Æneid.

D. Basil. conc. Quod Deus non est author malorum: *Nomen conditionis*, id est, creationis, plerumque pro *transmutatione in melius sumitur*. Ibi que adfert loca scripturæ, inter cætera, Ps. 50. *Cor mundum creavit Deus* &c.

D. Augustinus Euchrid. cap. 27. *Melius enim iudicavi de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere.*

6. Immane monstrum fames, uti superiori concio dicebatur; aut maxima commoda inuoluit. *Vidit Deus cuncta qua fecerat, & erant valde bona.* Periti fabri opus, non potest non esse bonum. Prima fronte videntur fames ferocia noxiaue animantia: verum, quemadmodum ab omni animali à Deo condito, venenoso licet & contagioso, nullum non resultat homini commodum ( uti & ipsi Stoici adsternunt ) obsequium, admiratio operum Dei; timor aliquis & terror, sicuti annotat S. Basiliius in hexamero: *Voluit enim te creator nec in mari satis ab insidiantibus esse securum, ut propter pauca qua noceant; quasi in excubijs possumus, à ma fidei semper, & scutum deuotionis accinctus, à Domino tuo debeas salutis sperare presidium*, ait S. Ambrosius; aut medicina: *Multa sunt animalium genera, non ad esum, sed ad medicinam creata*, inquit S. Hieronymus; doctrina; aut exemplum bonum; aut miraculorum occasio; *Fidei sanè demonstrationes sunt ipsa fera.*

Gen. 1.

In hexa.  
congress. 7

D. Amb.  
in Hexa.  
D Hier.  
in Iouinia.

*Confidit in Domino? Super aspidem & Basiliscum ambulabis.*

Dd 5



*lapis, ait S. Basilius: demum ab animali omni quatuor  
tumuis incommodo proueniunt, bona, eaque potiora  
malis quæ inferunt: Lactantius lib de ira Dei cap. 17  
Aiunt Stoici multa esse in gignentibus. Et in numero ani-  
malium, quorum latet utilitas, sed eam processu tempo-  
rum inueniri, sicut etiam plura prioribus seculis innotuit  
necessitas, et usus inuenit: ita a fame, peste, iactura bo-  
norum, malis priuationis, siue subtractionis bonorum à  
Deo acceptorum, item ijs quæ connotant aliquam af-  
flictionem siue afflictionem doloris sensibilis, immen-  
sis, & quasi creatis a Deo proueniunt maxima bona.  
Instruitur homo: Et disciplina tua ipsa me docebit; cor-  
rigitur: Et disciplina tua corripiet me in finem, boni con-  
tinentur in munere: Iustus manus suas lauabit in san-  
guine peccatoris: denique fit formidabilior potentia  
Dei: A iudicis enim tuis timui.*

Ps. 17.

Ps. 57.

Ps. 118.

Cur uni

uersa pro

uincia fa-

me vexa

ta.

1.

Erasm.

Chiliade

1. cent. 2.

adag. 22.

Et 23.

2.

Ioul. 3.

3.

Strabo l.

2. Georg.

7. Quamobrem putatis inualuisse famem in tota  
regione illa? Non satis erat adolescentem illum egere  
domi solum; non percussa vnâ cum ipso, imò præ ipso,  
& eodem flagello vniuersa prouincia? ut congruè ad  
ista respondeatur, inuestigandum primum, qualis fue-  
rit prouincia; virtuti an vitio dedita; quod non nisi  
coniectationis vestigio inueniri potest. Igitur, qualem  
probant coniecturæ? Maximè vitiosam, primò, quod  
prodigus profligatus ad eam sit profectus, ceu recep-  
taculum aptum, conformeue suis moribus. Similis si-  
mitem sibi quarit. Semper graculus graculo assidet; formi-  
ca formica. Dignum patella operculum habet proverbium.  
Verisimile est incolas meretriciæ & Sodomitiæ abu-  
sos scortis. Vti olim Corinthij, de eiusmodi dicitur  
per Prophetam. Posuerunt puerum in prostibulum, &  
puellam vendiderunt pro vino ut biberent. Quod cre-  
diderim, quia plurimas faciliè inibi reperit meretri-  
ces: non vnâ; dicit enim postea frater, Demorauit  
substantiam suam cum meretricibus. Si tot in regione  
illa reperit meretrices, probabiliter, & vici & ædes pe-  
culiæ magnificè exstructæ eis erant, vti quondam  
Corinthi, non extra mœnia, sicuti temporibus S. Lu-  
douici, sed in centro & meditullio vrbis. Auristraf-  
modi



quod sentina excipiendis facibus totius orbis, non erant; verisimiliter istius loci femina paræ erant probæ, nec adeo difficiles, quandoquidem prodigus adpena exiguo tēpore tot meretrices repererit suæ permissas libidini: arbitrer antiquorum lupanariū fauillam per totam provinciam dispersam, forte, hūc prodigum ceu semi-Deum, licet profligatum, colebant, quæstus gratia. Probabiliter iniustitia & oppressio pauperū ibidē regnabat: fame enim enectus prodigus, ne vel maximē vilem accipit ab hero victū, seruitij sui debitum præmium. *Nemo illi dabit vel siliquas.* Deinde suspicari licet vniuersam Provinciam atrocibus delictis fuisse obnoxiam: nec enim regulariter affligit totam regionem Deus, nisi ob enorme peccatum. Si cuiusmodi fuit provincia, perspicuum est; cur etiam fame fuerit oppressa, vti & prodigus: commissionis, aut omissionis peccata, eam ipsi promeruerant calamitatem. Amplius, non fuit fortassis regio corrupta solum, sed & corruptrix. Apparenter inde elicio: *Facta est fames valida in regione illa, quæ acriorem in se lenit vindictam, quam prodigus, de quo dicitur tantummodò.* *Et ipse cepit egere:* illi verò fame peribant. Egenus is est qui aliquid habet, & aliquo indiget, secundum Latinos: Exinde quoque quod prodigo prior pœnas dedit, vti insinuare videtur textus, qui habet, *Facta est fames valida in regione illa,* subiungit: *Et ipse cepit egere:* hoc modo & ordine dicendi constituens prodigum de numero pistorum, qui nouissimi omnium fame pereperunt. Ad hæc luunt Deo acrius & citius peruersiores quam peruersi: serpens fallax ante Euam, & hæc

4.

5.

6.

7.

II.

8.

9.

Gen. 3. Matt. 18.

III.

Ezech. 14. *Terra cum peccauerit mihi vt prauaricetur prauaricans, extendam manum meam super eam. & conteram virgam panis eius. & immit tam in eam famem, & interficiam de ea hominem atque iumentum.*

Pf. 118. *Priusquam humiliarer ego deliqui, dixisset regio ista. Ex quibus constat rursus solo peccato pro-*



vincias miseris: & viam regiam qua omni prosperitate cumuletur haud aliam, quam administrare & dirigere eas ad perpendicularum legis diuinæ.

Rom. 2. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.

D. Aug. tomo 5. l. 2. de ciuit. ca. 16. Mala animi, mala vita, mala morum ita magna sunt, ut his doctissimi Romanorum viri, etiam stantibus viribus Respub. perire non firmant.

Idem. cap. 19. Religionis Christiana præcepta de iustis, probisque moribus, si simul audirent atque curarent Reges terra, & omnes Populi, Principes, & omnes Iudices terra, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, at as omnia capax & uterque sexus, & quos Baptista Ioannes alloquitur, exactores ipsi atque milites, & terras vita presertim ornaret sua felicitate Respub. & vita aeterna culmen, beatissimi regnatura conscenderet.

Vide eundem to. 8. in illud Psalmi, Iustitia & pax scilicet late sunt. Item l. 2. de ciuitate, c. 21.

D. Gregor. in collecta: Nulla nocebit aduersus iniquitatem la dominetur iniquitas.

Ennius apud Ciceronem l. 4. de Repub. in initio. Moribus antiquis res stat Romana, virisque.

Plauti dictum ex Perla, vbi rogat virginem Sagastio seruus:

Ut munitum tibi visum est opidum?

Respondet illa:

Si incola sunt morati, pulchre munitum arbitror.  
Perfidia & peculatus ex vrbe, & auaritia si exalant;

Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,  
Septima periurium, octaua indiligentia,  
Nona iniuria, decima, quod pessimum aggressus, scilicet:

Hac nisi vnde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum est.

Gen. 4. Statim in foribus peccatum tuum adruit, id est, peccati poena.

Si nihil horum subiacebat Prouincia annonæ laborans;



rans, fortassis iniusta erat *privatiuè*, peccatis omiſſio-  
nis, non faciens bonum ad quod tenebatur; adeoque  
meritò punira. Equidem duæ sunt iuſtitia partes, to-  
tidem iniuſtitia. *Declinare à malo, & facere bonum.*  
*Quiſcere agere peruerſè, diſcere benefacere,* iuſtitia per-  
tinet eſt, aiunt Iſaias & David. Omittere bonum, cõ-  
mittere malum, iniuſtitia completa. Igitur omittere  
bonũ debita pars eſt iniuſtitia; imò ſecundum ſta-  
tuta Ethnicorum.

Isa. 1.  
Eſ. 30.

Cicero l. 1. Offic. *Sed iniuſtitia duo ſunt genera, vnu  
eorum qui inferunt: alterum, eorum qui cum poſſunt, non  
propulſant iniuriam.* Loquitur ibi Cicero de iniuſtitia  
vt eſt vitium oppoſitum iuſtitia, virtuti ſingulari. For-  
taſſis omiſerunt animaduertere incolæ ex dictamine  
iuſtitia in reos, vt in prodigũ: fortè cõniuebant, diſſi-  
mulabant, conſentiebant peccatis eius. Nescitis Apo-  
ſtolum Paulum, nedum authores, ſed & ſceleris con-  
ſcios æqualiter ſtatuerè reos?

Roman. 1. *Non ſolum qui faciunt, ſed & qui conſen-  
tiunt.*

Ezechiel 13. *Non aſcendiſti ex aduerſo, neque oppoſuiſti  
murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Do-  
mini:*

Iſa. 56. *Speculatores eius cæci omnes, nescierunt univer-  
ſi canes muti non valentes latrare, videntes vana, dor-  
mientes, & amantes ſomnia.*

Vide Gre.  
2 p. p.  
ſter c. 4.

Publius Mimus. *Bonis nocet, quiſquis pepercerit ma-  
lie.*

Idem: *Amici vitia ſi ſeras, facis tua.*

Exod. 32. *Non adorans vitulum aureum Aaron, ſed  
indulgens, conſentiens obiurgatur à Deo.*

1. Regum. 2. & 4. *Nemini eſt ſcandalo in ſuo munere  
Heli, neminem opprimit: quia verò non cohibuit fi-  
liorum effuſam licentiam, malè perit. Qui debens &  
potens malum propulſare, non propulſat, communi-  
cat peccato alieno coram Deo & hominibus. Apud  
Lacedæmonios, ſi quid amaſius deliquiſſet iuuenis,  
amator adultus plectebatur.*

Cicero lib. 1. Offic. *Qui non obſiſtit cum poteſt inſu-  
ria,*



*ha, tam est in vitio, quam si parentes aut patriam deserat.*

Ioan. Boemus l. i. de moribus omnium gentium c. 5. *Apud Aegyptios mortis reus est, qui periclitanti à latronibus non succurrit. Quanto magis reus Iudex committens, & tolerans iniuriam Deo per peccatum interrogatam, non puniendo quos potest & debet.*

Rom. 13. *Non sine causa gladium portat, inquit S. Paulus, ad vindictam malefactorum, ait S. Petrus: sibi traditús gladius, & auctoritatem, & potestatem præbet puniendi.*

Rom. 13. *Dei enim minister est, vindex in iram eius, qui malum agit.*

Exod. 21. *Maleficos non patieris vivere.*

D. Gregor. in homil. Et habetur par. 2. Decret. c. 27. q. 4. n. 24 *Si is qui Prælati est, debitori dominico culpam dimittit impudè, non mediocriter profecto offendit, qui debita caelestis Regis & Domini sua presumptione relaxat. Ea namque, qua in nos committuntur, facile possumus dimittere: ea vero qua in Deum commissa sunt, cum magna discretionè, nec sine poenitentia possumus relaxare.*

LUC. 10.

Haud secus ac villicus debita heri remittere non potest, ni villicus iniquitatis dici velit; vt qui in Euangelico remisit vni centum coros tritici, alij viginti cados olei: pari modo Iudex villicus diuinæ iustitiæ peccata impunita dimittere nequit, quin iniquitatem incurrat: tum quia muneri deest suo; tum quia ipsius indulgentia poenitentiam, nunquam concipit bonam reus: tum denique, quia simulans assensum, & probare culpam primam, videtur incitare impium ad alteram maiorem.

Publius Mimus: *Veterem ferendo iniuriam, mutat nouam.*

*Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.*

Terent. in Heauton. act. 2. scen. 3. *Detiores omnes sumus licentia.*

Quis dubitet, à sceleribus atrociorum, usurarum, furrorum &c. nimia licentia à populo peccatis Iudices & Principes denominari perfidos iustitiæ Dei



Dei, & affines & furum? *Principes tui infideles, socij futurum.*

1. Reg. 30. Si vna est lex euntium in prælium & manentium ad sarcinas; si hi & illi æqualiter diuidunt spolia, ex edicto Dauidis: haud dubitem delinquentes & indulgentes iudices frequenter æquè dare poterant Deo.

Isa. 45. *Iudicabit Dominus iudicantes Sion.*

Ierem. 48. *Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.*

Ezech. 33. *Si speculator viderit gladium venientem & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit & sanguinem de manu speculatoris requiram.*

Leuit. 20. Postquam præcepit Dominus lapidari immolantem idolo Moloch de fentine suo, addit: *Quod si negligens populus terra, & quasi parui pendens imperium meum dimiserit hominem qui deicit de femine suo idolo Moloch, nec voluerit eum occidere: ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidamque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei, ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. Solus populus idololatrauit, & fornicatus est in Setin cum filiabus Moab, quis dubitet? Verumtamen Principes populi omnes qui tolerauerat, iubente Deo in crucem aëti sunt. Capitulis ista ò Iudices?*

Num. 25. *Iratus Dominus ait ad Moysen: Tolle cum filios Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, ut auertatur furor meus ab Israel.*

D. Aug. tomo 5. l. 1. de ciuit. c. 9. loquens de bonorum afflictionibus: *Plerumque à malis docendis, admonendu, aliquando etiam obiurgandu & corripendis male dissimulatur à bonis, vel cum laboris piget, vel os eorum veretumdamur offendere, vel cum eorum inimicitias deuicimus, ne impediunt & noceant in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas.*

Et post multa: *Nò mihi itaque videtur hæc parua esse causa, quare cū malis flagellentur & bonis. Et statim postquam in re nò vtiq; parent, sed longe grauiorem habent causam,*



causam, quibus per Prophetam dicitur: Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem autem eius de manu spiculatoris requiram.

Cicero libr. 1. Offic. Sunt enim qui quod sentiant, etiam si optimum sit, tamen invidia metu non audent dicere.

Speculatorem volo & spiculatorem iudicem.

Quemadmodum Iudicibus inferioribus, ordinarij sue pro muneris sui ratione reos castigantibus, superioris curiae non est se immittere, iuxta sanctiones Imperiales; nisi flagitij enormitas aliud exoptulet: subalternis autem somnolentis & segnibus superior Senatus, & in sceleratos, & in Iudices non punientes animaduertit: ita curijs humanis non exigentibus pernas à profligatis, summa Dei curia in impios & in Iudices segnes saeuit. Quare, iure optimo, *Facta est fames valida in regione illa, quae tam libera erat, ut cacare liceret ubi liberet, ut est in proverbio.* Merito, immensa est fames in regionem, in qua prodigus pro actibus impune degebat; in qua conscientiae libertas quasi promulgata videbatur.

Haud minus offenditur Deus omissione iustitiae, quam commissione iniustitiae. Quod velim notatum esse omnibus seridè quibus aliorum cura incumbit, ne suis sumptibus lasciuant subiecti. *Ne canis peccatum suum dependat: ne pro leone luat canis: ne insons & lopus, pro lycophantis poenas det.* Notatum, inquam, ut obseruet sedulo qui in urbibus suae administrationi subactis foueant lenones, & scorta famosa, instruant impudicitiae tabernacula: usurarios, sceleratos, aliasque id genus artes, quae exerceri non valent sine peccato exercentis, & exerceri perferentis: nisi forte ad euitandum maius malum.

Cicero l.

Offic. ini-

rio.

Gen. 19.

Deut. 24.

ma: quomodo Loth ultro offerebat filias, ut declinaret atrocius crimen: Moyses permittit libellam repudiij, ut vitaret vxorù caedem: in aedibus admittitur libellina, ne facibus oppellantur: non procul ab vrbis locis coegetitius, ne cadaueribus sternantur viae. Quae cumque via, quantum conceditur prouidere maturo







uationem filij in regionem illam, quasi ipsius coe-  
ruptricem. Alias similes, euidentioresque coniecturas  
in gratiam eius adferre poterunt nobis perspicacio-  
res.

Verum enim uero, ex his opinionibus binis, si quis  
regioni illi fauentem sequatur dicendo disciplinam,  
aequitatem, iustitiam ibidem viguisse, quam ob cau-  
sam dicam a Deo fame percussam? Qua iustitia inuol-  
uatur iustus cum impio?

Iob 36. *Causa tua quasi imbi iudicata est.*

Gen 18. *Nunquid perdis iustum cum impio?*

Pl 17. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruer-  
teris.*

Plautus in Bacchidibus. *Frugi conuenit esse hominem  
cui peccus sapit.*

*Bonus sit bonis, malus sit malis: ut cumque res sit, ita  
animam habeat.*

Rom 9. *Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit.*

XXI.

Forte in orbem colligebat copias Deus, & pedetentim iungebat autequam aperto Marte obsideret, & pugnaret cum Prodigio, quo, praesentens conatus, & aduentum illius magni Dei aduersum vires suas pulsillas, cernens ex tunc vniuersam regionem, nec non circumquaque adiacentes perire fame, suis rebus prouideret poenitentia mature? Rex debilior, fortiori Rege contra se veniente adhuc longè agente rogat ea que pacis sunt, ait Euange-ium.

Luc. 14.

Horatius libro primo. epist. 18. *Ecquid*

*Ad te post paulo ventura pericula cernit*

*Tunc tua res agitur paries cum proximo ardet.*

Virgil. 2. Aeneid. *Iam proximo ardet.*

*Valegon.*

Isa. 22.

Cinxit forte & vallauit malis priusquam impeteret, ut is cernens vndique circumdatu se exercitu malorum, in colloquium veniret: misericordiae Dei oportune missa periuicacia deditioem faceret?

Aduertite Dei misericordiam Coronans coronabis tribulatione, & quasi pilam, mittet te in terram sparsam. Coronam tribulationis dicit vndique tribulatione



us. Ad quæ non attendens prodigus, tandem depre-  
hensum se vidit.

Si infons fuit regio, ideo penuria laboravit, vt intra  
semetipsum tempestiue reduceret ar prodigus, & affli-  
ctorum sua culpa sortem miseratus diceret;

Virgil. *Æneid 9. Me me, ad sum qui feci, in me conuer-  
tite ferrum,*

*O Rutili, mea fraus omnis, nihil iste nec ausus  
Nec potuit.*

1. Reg 24. *Conuertatur in me obsecro favor tuus. Ego  
sum qui peccaui: Ego sum qui inique egi. Illi, qui oues sunt;  
quid egerunt? Oves sunt, innoxij sunt.*

Lucæ 23. *Si viridi ligno hæc sunt, in arido quid  
sunt?*

Si simplex, rectum, probum regionis vulgus rabida  
torquetur fame, egone illam effugiam, qui capite te-  
nus volutor quotidie in cæno voluptatum? Sapienter  
coram leone cædebat ea ratione canis, vt alieno pe-  
riculo saperet. Verum non aduertit ista adolescens. *Et  
ipse cepit egerè.*

17. An forte vt exemplo demonstraretur quantum  
operis cohabitare aut bonis, aut malis: Ronidum im-  
brem subsequens sol, lumine terram irradians, calore  
fæuens excultam & satam, non adeo fæcundat, vt pro-  
borum consortium prodest improbis.

Gen 18. Insi decem, si reperti ab Abraham Patriar-  
cha, sufficiens eripiendæ Pentapoli a conflagratio-  
ne cælesti.

Gen 9. Solius Loth gratia vrbis Segor fuit immunis  
à communi imbre sulphureo.

Gen 30. Quis nesciat quantum profuerit contuber-  
nium Iacob socero eius Laban? *Experimento didici, ait,  
quia benedixit mihi Dominus propter.*

Gen 41. Quis referat quanta accesserint Pharaoni,  
presentia Iosephi? Vbi hic erat, cornucopiæ, siue A-  
malthea sequebatur. vnde aberat, aderat fames: non  
compatiebatur calamitas virum, vt nec corpus, cor-  
pus, quomodo calido & frigido, sicco & humido nul-  
la est affinitas.

Ec 2

Exod.

f.

VI.

VII.

*Bonorum  
malorū  
consortium  
quantum  
valeat.*



Exod. 10. *Vbi cumque habitabant filij Israel, ibi luxerant: medijs etiam tenebris palpabilibus Aegyptiorum.*

2 Reg. 6. *Arcæ Domini præsentia benedictionibus aucta est domus Obad-Edom, ad æmulationem usque Regis. Nuntiatumque est David Regi, quod benedixisset Dominus Obad-Edom, & omnia eius propter arcam Dei. Dixitque David: Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam.*

4 Reg. 5. *Propter vnum Naaman contigit salus vniuersæ Syriæ.*

Luc. 1. *Auentu & consortio sacratissimæ Virginis, & senex Elisabeth, & sæcerus vtero clausus donis augeatur cælestibus, spiritu donantur vaticinatio. O vt inereciti proborum vti consortio, vicinitateque! Dicite liberos: Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.*

Sap. 7.

Plutarchus tom. 1. vitæ in Themist. Idem in apophthegm. Hanc forte ob causam auctionaturus villam Themistocles mandauit preconii peculiariter prædicare, ei vicinum optimum. *ἄνθρωπος ἕξει γινώσκων.* Hoc loco pulchrè quadrat, *Homo homini Deus.*

12. *Rursus, vrens ventus, exundationes maris, superiacctus sal, non adeo extenuant infecundantque veterem agrum, vt vicinitas, consortiumue improborum obest bonis. Molle nimis adagium: Aliquid mali propter vicinum malum. Plus salis adhibuit Virgilius Ecl. 9. Buc. Mantua v. & misera nimium vicina Cremona. Atque meo calculo aptius. Nam, v. &, v. &, multum mali propter vicinum malum.*

Iosue. 7. *Josue copiarum nonne penè extinctæ vniuersæ consortio militis, qui præter Dei constitutionem spolia ab hostibus erepta clam occultaræ?*

Gen. 20. *Vniuersa Abimelech familia sterilitate, & matricis obstructione percutitur ob raptam Saram Abrahamæ uxorem.*

2 Reg. 21. *Occasione paucorum residuorum de stirpe Saul annona laborauit terra, donec instantibus Gabaonitis in crucem agerentur omnes.*

2. Reg. 24. *Quis ignoret quot perierint hominum millia*



millia vnus Angeli gladio propter peccatum Dau-  
dis, recenseri ambitiose auctis vniuersum populum  
ad iactantiam & ostentationem virium? Quid verò de-  
liquerat populus?

Virg. 1. *Eneid. Quid Troies potuere?*

3. Reg. 22. Parum abfuit quin caderetur Rex Juda  
Iosaphat, quod in prælium iunxisset copias suas co-  
pijs impij Achab.

4. Reg. 9. Vnici Sennacherib in Deum verum bla-  
sphemia, interfecit Angelus stupenda strage centum  
octoginta quinque mille viros nocte vna.

Horat. l. 1. epi. 2. ad Lollium: *Quicquid delirant Re-  
ges plebuntur Achius.*

Exod. 5. & 14. vniuersa Ægyptus crebris calamita-  
tum ictibus ad instar scuti super incude contusa, de-  
mum maris rubri fluctibus absorbetur viua, ob bar-  
baram tyrannidem Pharaonis, exactorumque non-  
nullorum. Atque in ijs vera comprobantur. Prouer-  
bium: *Canis peccatum suum dependit.*

Ierem. 31. *Patres comederunt vnam acerbam, & dentes  
filiorum obstupuerunt.*

Pl. 128. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.*  
Prouerbum: *Alieno dorso gestare sarcinas.*

Iona. 1. Solus Jonas, Deo rebellis efficit, vt infontes  
plurimi carina contenti, præter mortem nil expectent.  
Sic enim ait, *quoniam propter me tempestas hac grandis  
super vos.*

D. Augustinus, & habetur par. 1. Decret. de poenit.  
dist. 1. cap. sed & continuò. Oppida bina, Adama &  
Seboim, ex vicinia Sodomorum parilis excidij traxere  
confortium.

Sophronius prati spirit cap. 76. E rot nauibus que ven-  
tis secundis potius volare quam nauigare videbantur,  
aliæ Constantinopolim, aliæ Alexandriam, vnica  
immobilis quasi sexcentis anchoris substitit alliga-  
ta, quasi mille impagibus affixa, quasi fundo maris in-  
fissa; firmius retenta quam si innumeræ Echeneides  
puppi siue clauo carinæ adhæsisent, immobilior tri-  
tem, quæ postmodum probauit pudicitiam \* Clau-  
nes remo-  
dia



*istius.* diæ Romanæ, immobilior monte, quinddecim diebus  
*Roddes.* propter peccata vnus Marię cum cęteris nauem con-  
 l. 15 c. 18. scensæ: quæ biuira vt facilius ad secundas nuptias  
*Plin l. 32.* tranfluolan militi copularetur, binos filios ingli-  
 c. 1. Scali- rat. O funestas nuptias. Nec ante dimoueri loco por-  
 ger exerci- tuit, quam Maria sponsa truculenta, mater haud Me-  
 ratione- dea humanior in mare mitteretur à Nauarcho diu-  
 218. nitus admonito.

*Plat. l. 2.* Nonne Græcorum classis ex parte petijt ob sacri-  
 q. 7. sym- legam solius Aiæcis libidinem?  
*posio. se-* Virgilius i. *Aneid. Vnius ob noxam & furias Aiaci*  
*cus sentit.* *Qilei.*

\**Lact l.* Idem ibidem: *Nauibus, infandū, amissis vnus vō trā,*  
 2. c. 8. in- *Prodimur.*

*Hesiodus lib. 11. de oper & diebus:*  
 Πῆμα κακὸς γίγται ὅσσον τ' ἀγαθὸς μὴ δύναι.  
 Ἴμμορε τῶι τίμῳ ὅς ἴμμορε γίγται ἰσθλῶ.  
 Οὐδ' ἂν εὖς ἀπόλοιτ' ἢ μὴ γίγται κακὸς τί.

*Id est: Noxa malus vicinus, ut est bonus, auxilium ingent.*  
*Sortis ille frugi vicinum est nactus honorem.*  
*Non pareat tibi bos, ni vicinus malus adsit.*

*Vide ora-* Lupi inter oues sunt mali inter bonos: sunt hilde-  
 tionē De- ra reptantes ad arbores; lolium inter triticum: sunt a-  
 mosthenis- quilariis permixta plūmæ, alias consumentes: sunt  
 in Calli- milui inter aues, soli prædæ inbiantes. *Homo homini*  
*etā Plau-* lupus, hoc maximè loco. Quæ probè explorata habē-  
 tus in A- tes Phocij, mali nil aliud imprecabantur hostibus  
 sinaria. quam vicinum malum. Itaque patitur forte regio illa,  
 quia eam incolit perditus prodigus. *Facta est famus*  
*valida in regione illa. Fouebant in sinu serpentem, cu-*  
*ius veneno inficiebantur: leonem à quo vorabantur:*  
*lupum rapacem: ventrem edacem, à quo fames. Per-*  
*spicite nunc, vt interfit nosse quinam ab exteris in vr-*  
*bem adueniant. Videte, vt consultum foret imitari*  
*Aegyptios, iubentes incolas cunctos tradere nomina*  
*in scriptis Diæcoræ, simulque artis professionem, an*  
*non malis artibus viuerent: quam legem Atheniensibus*  
*inter suas adoptauit Solon. Hanc legem si sequuti fu-*  
*issent regionis Toparchæ, nec prodigus, nec merenti-*  
 cale



culæ eius longas ibidem moras. Certe ut salutare foret censuram inquisitionemque Hispanorum regnare clementer ubique ut de cuiusque moribus & vita constaret. Perspicite, quã consultũ sit leonẽ nõ alere, ne morderi contingat; ut bonũ charitate inuigilare super actibus ciuium; monere, arguere; incorrigibiles fugere. *Ne commisceamini fornicarijs.* ait S. Paulus.

1 Cor. 5. *Si u qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum huiusmodi nec cibum sumere.*

Ibidem: *Auferite malum ex uobismetipsis.*

2 Cor. 6. *Nolite iugum ducere cum infidelibus.*

Ibidem: *Experte de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiã uos.*

Gal. 6. *Vult Apostolus impium eijci ex Ecclesia.*

Matt. 18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.*

2 Joan 1. *Nec aue dixeritis eũ.*

Exod. 22. *Aduenam non contristabis, sed si nequam fuerit, uice ancillam & filium eius.*

Num. 16. *Recedite à tabernaculis hominum impiorũ.*

Num. 33. *Si nolueritis interficere cunctos habitatores terra Chanaan, qui remanserint, erunt uobis quasi clauis in oculis, & lancea in lateribus.*

2 Paral. 19. *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungaris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, ait Iesu Iosaphat Regi.*

2 Paral. 20. *Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues. Verba sunt Elisæi ad Iosaphat Regem.*

Quidnam prosperè succedat fœdere iunctis cum Barbaris & infidelibus, ut cum Turcis, nescio; nisi quod causam dent ruinæ quæ ipsos minatur dudum, ut sileam modò quantum noceat probis moribus malorum uicinia. Beata, cheu! terque beata hæc prouincia, si in eam intulisset pedem perditus ille, nisi benè notus. Beata, terque beata, si super ingressi administratione mox uigilasset censura sedula; corripuisset, incorrigibilem eiecisset. Beate



complures Respub. Belgicæ, si nunquam in eas venisset corruptorum & corruptentium cætus, aut mox ut ingressorum vita, sermo, religio innovit, eieci fuissent.

*Cicero l. 1. de nat. Deorum. Valer. l. 1. c. 1.* Certè sapiebant Athenienses non suffe-rentes dudum petus se Diagoram Philosophum scribere audentem, sibi dubium videri, An Deus esset: & si esset, quisnam esset. Saperunt iidem, sustinentes Phidiam quamdiu Mineruam marmore patius quam ebore sculpendam aut dicere minores futuros sumptus ebore si sculperetur, audentem citò serere coegerunt. Erant ista curare rem & salutem publicam. Beati nos quoque, si humanè cribassemus & examinassemus in portis prouinciarum turmas exterorum, comedonum, qui modico tempore Lutheranæ, Calvinisticæque secta lolio vrbes nostras superferuerunt. Beati posthac enim, si vigilantius insitent Iudices nostri super eiusmodi peregrinis: si nunc quasi Argi centoculi obseruent ciuium mores, scrutentur qui se gerant domi, etiam inter priuatos patietes. Beati nos, vbi infideles & improbos ceu contagium fugerimus, aut eos a nobis, aut nos ab ipsis dimouendo. Quantumuis Prouinciæ hæ nostræ gaudeant egregio titulo catholicarum, & tales sint; quis tamen dubitet belsorum, famis, mortalitatis clades perpeti propter impios quosdam bonis permixtos, propter colluuiem hæreticorum, alterius fidei, alterius religionis, qui tanquam lolium inter triticum, agunt nobiscum, & cum ipsis nos, mercantes, & negotiantes, cum licentia, vt a-

*Num. 16. Recedite à tabernaculis hominum impiorum.*

*Ecel. 7. Discede ab iniquo, & deficient mala à te.*

*Irenæus lib. 3. c. 3. in hæres.* Non auditis s. Ioannem Euangelistam thermas subire cum Polycarpo discipulo paratum, citissimè resiliisse, vt audiuit ad esse Cerynthum hæreticum, ne vna cum impio inuolueretur, veritum? Exhinc discite veteri vicinum improbum, fidei & vitæ malæ vel vnicum.



Gen. 33. Noluit Iacob ambulare cum malo fratre, etiam postquam placarat eum muneribus.

Quidam putant Diogenem vsu vase pro domo, ad declinandum vicinos malos cum vellet.

Virgil. 3. *Æneid.* *Hæu fugo crudeles terras, fugelittus auarum.*

Ibidem paulò post. *Omnibus idem animus, scelerata excedere terra;*

*Linquere pollutum hospitium.*

Plutarchus tomo 1. Vit. in Romulo: *Roma pestis incidit, qua citra vllum morbum subita morte homines interimebat. comitabatque hanc luem etiam agrorum pecudumque sterilitas. Pluit etiam sanguine Roma. Quæ ubi mala Laurentes etiam inuaserunt, omnes in hanc sententiam venerunt, propter confusum cæde Tatij ac Legatorum sanguis, Deum ira urbem utramque agitari. Deditis utrimque ad supplicium parricidus punitisque, manifesto sinem calamitas ea habuit.*

Virgilius 1. *Æneid.*

*Pallasue extirere classem*

*Argivum, atque ipsos potuit submergere ponto*

*Vnius ob noxam, & furias Aiæcis Oilei?*

*Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem*

*Dissecit que rates, euertit que aquora ventis.*

12. An forte clanculum deliquit prodigus, ut & ipsos vicinos, parietes priuatos, lectos latuerit ipsius spurcicia. Fortassis ipsi notissima fuit praxis huiusce proverbij, *Si non caste, saltem cautè Intus Nero, foris Casto intus Helena, foris Hecuba.* Forte, apud homines Helenam ista agebant; quemadmodum, *Qui simulant Curios, & Bacchanalia viuunt,* ait Iuuenalis. Etat forte de numero Philosophastrorum, qui, ut idem inquit, *De virtute loquuti clunem agitant:* at nequissimus, ubi affulgeret occasio dicendi ad meretriculas cum senibus ad Susannam, *Nemo nos videt.* Nec homines solum, verum & forte Phæbi, *Videt hic Deus omnia primus, oculos,* qui prior Martem cum Venere in adultetio deprehendit latuit eius libido: adeoque censenda regio insons, si non eiecerit, declinavit sibi ignota

D. Hierõ.  
in cap. 6.  
Mattb.

Dan. 13.

Ouid. 4.  
Metam.



cum penitus malum. Quibus suppositis, concludendum innoxiam omnino prouinciam, que quippe prodigum non peruerterit, scelera eius non dissimulat, turpitudinem scienter non tolerarit immerito afflictam. unde queri potest cur Deus bonos aut cum impijs, aut solos affligat: dedecere enim Deum videri cuius nemini nocere, neminem ledere, iustus omnibus bona largiri est, secundum eius promissa.

*Isa. 3. Dicite iusto quoniam bene.*

*Arist. l. 2. Topicorum cap. 2. Deo non conuenit nocere aut iniuriam facere.* Quæstio ista haud reccens est, ast eius solutio adeo non in promptu, vt vobis ex tempore proponi queat. Neque verò eam adueteram. Quocirca non denegabitis, arbitror, noctem saltem vnam, quò intricatum hunc labyrinthum eueam. Qua concessa, obsecro interim iuvari votis & precibus vestris obtinendæ cælitus Ariadnes, quæ filio & ducatu suo ab hoc siuu eductum deducat in cognitionem eorum, quæ Dauid ipse plenè assequi non valet in hac vita.

*Psal. 72. Existimabam vt cognoscerem hoc; laboravi ante me. donec intrem in sanctuarium Dei. Et intelligam in nouissimis eorum: licet quò tam loco dicat s. sapientia Dei a secretis: incerta Et occulta sapientia tua manifestasti mihi.*

Interim vos Domini & Iudices Rerumpub. scitote beatissimas eas, vbi per vos fiet malorum punitio. Generosius non tueamini falces securæque imperij, & maiestatem status vestri, quam dissolutorum correptione. Quoniam verò haud vos latet, annonæ penuriam, vt & calamitatem aliam omnem non aliunde quam à vindice iustitia Dei mortalium peccatis irritati procedere; toti estote cingendis verbis moribus probis potius quam incenibus. *Moribus antiquis res stat Romana, virisque.* Si tanta fruuntur Reip. vastæ felicitate, vt non restituendi sed conseruandi sint mores: vigilate, vt Argus super Io, ne deprauatores multi procentur ciues vestros, eorumque



corrumpant mores, pietatem, religionem, fidem. Attendite, ne ciues vestri, qui bonis augeri merentur à Deo, vnus exteri improbi contubernio miseri fiant; vti fortè vniversa laborauit Prouincia ex consortio prodigi. Hospitalitatis & humanitatis in aduenas haud obliui iustitiam curate: nec pra domesticis in crimine toleretur extraneus. Sancta hospitalitas: nee tamen per eam temeranda iustitia. *Tros, Tyriusque* Virg. 1.  
*mibi nullo discrimine agetur,* inquebat prudens Car.  
*thaguenisium Regina: Gratus adueniat hospes,* hu- Aeneid.  
 ma e excipiatur donec Catholicum & Christianum vixerit: mox ut virtuti & fidei cesserit, *eice ancil-* Gen. 21.  
*lam & filium eius.* Sit opera eius tam necessaria, quam mundo solis; tantum profit Reipub. quantum sal cibi; obsequetur corpori eius, vt manus & pedes corpori humano; si tibi fuerit scandalo; si Catho-  
 lica, & ad Ecclesiae canones non fuerit conuersatio eius, non toleretis, non sustineatis iporas, vti fortalis regio ista diutius cum prodigo manifestato indulsit: *proijce abs te,* ait Dominus de eiusmodi con-  
 uentibus. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum,* & *proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam & proijce abs te.* Quid homini magis necessum quam oculi, manus, pedes? Si tamen ruina ex ipsis imminet nobis, eruamus, abscindamus, mutilemus oculos, manus, pedes. Id est, secundum S. Hieronymum in hunc locum, si eius, qui nobis obsequitur quantum membra ista, commercio salus animae laedatur, aut repellendum, aut recedendum. Praestat etenim istiusmodi carere amicis, quam cum ipsis in hoc perire seculo, & aeternum in altero.

Matt. 5.

Chryostomus hom. 1. de incompreh. Dei natura:  
*Si detrimentosa sunt amicitia, resiliamus & fugiamus.* Quot florent pietate & religionis vrbes, adeoque bonis omnibus abundarent, quae nunc deso-



desolatae & incultae iacent, si immorgeri quidam ex-  
teri nunquam in eas pedem intulissent? Sedes sola civi-  
tas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium,  
princeps provinciarum facta est sub tributo. Eiusmodi vi-  
cissitudines, ab extraneis prodigo similibus.

Virgilius 4. *Aeneid*: *Felix, heu nimium felix, sili-  
ta tantum*

*Nunquam Dardania resigissent nostra castra,  
merito dixerint ex ipsis nonnullae, quarum periculo  
& dispendio prudentiores utinam euadatis. A-  
men.*

### CONCIO TERTIA.

*Græc.* 4.14 *δαπανήσαντες δὲ αὐτὸ πάντα, ἐβίη λυγρὴ  
ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο  
ὑπερβαίνειν.*

*Vulgata.* 4. 14. Et postquam omnia consummasset, facta  
est fames valida in regione illa, & ipse cepit e-  
gere.

*Syriaca.* 4.14. *Quumq; consumpsisset quicquid habebat, fuit  
fames magna in regione illa, & cepit egere.*

### ARGUMENTVM.

1. Inuectio in eos qui de rebus Dei passim querunt,  
cur, Quomodo &c. 2. Magni viri eiusmodi aliqui. 3.  
Ut loquuti sunt Prophetæ. 4. Curiositas at heuisticô-  
cludit. 5. Arduum intellectui bonos mala, iniustos bo-  
na tenere. 6. Bona, malaue non denominant perso-  
nam, adeoque nec bona nec mala dicenda. 7. Qualis  
sit Deus. 8. Iusti afflicti ut eorum impediatur arro-  
gantia. 9. Ne Dei obliuiscantur. 10. ut vitij omnia  
præcludatur. 11. Ut purgentur. 12. Ut se agnoscant. 13.